ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

BIOGRAFIE C.R.S.

n. 491

Curia Generalizia - Roma

Il nome completo è (491) P Vari 10.8.1672

vedi Atti Congr. Vol. II, pag. 255.

P. FAA GIAN PAOLO

figlio di Antonio, di Casale Monf. Professò a Pavia il 25 ottobre 1633. In S. Maiolo di Pavia attese agli studi.

Il suo cospicuo patrimonio da lui rinunciato in atto di professione fu applicato dal P. Gen. Carrara al collegio di Casale.

Passò la maggior parte della sua vita nel Seminario Patriarcale di Venezia, insegnante di filofia e di lettere greche. Ivi già dimorava nel 1650.

Dal Patriarca Francesco Morosini fu asc itto fra gli esaminatori sinodali di Venezia.

Ecco l'elogio che si legge in: Breviarium histroricum del P. Cevasco.

figlio d'Antonio di Casale Mon. profess. Pavia 1606.

FAA' PAULUS Monſerratenſis eximium literariæ Reipublicæ ornamentum, & decus; Vir fuit in Divinis, Humanis, Politiciſque Scientiis verſatiſſimus, ſacris itidem in declamationibus, poeticiſque lucubrationibus cel…errimus; pr…e i…redibili eruditione præclarus omnium Literatorum …eliderium ſuperavit, Venetiis Patritiorum, Procerum, Patrumque conſcriptorum, Sereniſſimæ Curiæ frequentia obſidebatur ad conſilia ſæpiſſime, nullaque ejus unquam in Senatu, quam explicuerat infirmata Sententia: Ibidem Patriarchæ Johannis Franciſci Mauroceni Examinator, & a Conſiliis, apud quem gratioſiſſimus. Ipſum tribus antequam moreretur diebus prædictus Antiſtes inviſit, habita cum eo ad horam mutua de ſalutis æternæ argumentis ſermocinatione, ea quippe pietate excelluit., ut vel moriendo meliorum Charismatum Æmulator *faciens*, & *docens* in ipſo languentis vitæ confinio non ſine adſtantium lacrymis, & admiratione dies ſuos clauſerit an: 1672. die 10. Auguſti in Collegio Noſtro Murani Venetiarum, relictis poſt ſe ſanctitatis ſuæ, & literaturæ monumentis. In prima parte Operum Patris Johannis Franciſci Prioli dum typis mandaret B. Virginis Matris Dei exornationes ex Dominicarum Evangeliis contextas legitur ejus Ode Patavii impreſſa an: 1666.

FA-

Eccoti l'Ode estratta dalla Parte prima dell'Opera che ha per titolo: Delle Grandezze di Maria Vergine dedotte dai Vangeli di tutto l'anno etc. In Venezia M.DC.LXXVII. Per Angelo B-lio.

In vetus D. Mariae Salutis Basilica Senatus consulto magnificentissime extructa, et Clericis Regularibus Cong. Somaschae demandata Auctor has habuit Beatiss. Virginis exornationes novo invento Evangeliis Dominicarum contextas. Earumdem laudationum Sillegem, seu beneficiarium Religionis Somaschensis vectigal Serenissimis Reip. Ven. Optimatibus deberi.

Ode

Celsitas Templi

Subvecti propius Sidera fornices
Et nisu volvere plumbea culmina
Coelo admota corusco
Qua surgunt leviter manu?
Non dextris socijs innumerus Gygas
Hic turres regerat si Babilonicas,
Instauretque opus, essent
Huic moli aequa cacumina

Ingens vis Marmoris

Migrasse Illyricis ac Parijs iugis
Alpes crediderim, et pondera montium,
Quae vix arduus Atlas
Dorso fulciat integro.

Sculpturae elegantia

Artis prodigium cernes laboribus

Numquam Praxitelis nobilibus Iritae:
Seu ver marmora gignant,
Seu vultus animis satos

Causa excitatae Basilicae.

Agnosce à Venetis Regibus editum
Augustale, ubi Soteria Virgini
Solvunt publicus Ordo
Ob pulsum exitium luis,

Pestilentia profligata.

Urbis cum nimio compita funere
Horrerent, tumulis deficientibus,
Agris Diva Salutis
Munus civibus attulit

Votum Senatus persolutum.

Tunc coelestis opis conscia lex Senum
Ultro addicta Dei Matris honoribus
Sancti vota trophaei
Thesauro immodico locat;

Venetorum encomium.

Nescis an pietas, an Sapientia
An Regum nitor hic emineat magis:
Sese Gloria vinci

Virtute Adriaca videt.

Eorum pius ardor erga V. Hieronymum Mianum

Implet cor Procerum candidior fides
Erga Hieronymum Patritium, notis
Divum coelitus auctum,
Clarumque aetheris incolam

Et Clericos Regulares Cong. Somaschae.

Quin regalis amor Marcidum Patrum
In Somaschides, seu patrium Genus,
Nexos lege Miani
Parcaro Imperio tenet

Ob miram istorum fidelitatem

Illaesum obsequium perstitit his Viris,

Ac prompta indubijs pectora mentibus
Si vos Principis instat,
Parendi et decus urgeat.

ius Templum attributum.

Nec merces humilis defuit agmini,
Communi sed enim Palladium rei
Cum solemnibus Atris
Cultu suscipit intimo

Beneficentiae magnitudo.

Quid dicam? nisi ei credita pignora
Servati populi? spemque reconditam
Securae urbis in imo
Somascenum hominum Sinu?

Admodum R. P. Franciscus Priolus
per annum e suggestu Beatam Virginem
laudavit

Francisce elogium divitis ingeni
Extemplo Mariae dotibus adjicis,
Quas toto exprimis anno
Laudis Virgineae tuba

Sanctiori eruditione hactenus incomperta

Argumenta novis foetibus apparas,
Et fontes retegis mentibus invios
Longi cursibus aevi,
Ceu Nili latebras nigras.

primus Evangelia Dominicarum vertit
in Virginis mysteria.

Nemo te prior annum Marianum ita
Duxit per Domini Evangelia annua,
Ut praemia tanta
Annali Serie fluant.

Operis perennitas semper placitura.

Maiestas monumenti haud imita...is
Ad metas ievit temporis ultimi:
Et post saecla virentes

Orbi delicias dabit.

Exhibentur Serenissimis Patribus Volumina,
quorum auspiciis sunt conscripta,

Ergo Conspicuos Virgine Codices
Aude offerre tuis Principibus; decet
Nam detescere gemmis
E fundo elicitum suo.

Et benigne admittentur argumenti reverentia;
et favore Templi veluti rogantis.

Dona conciliant (ne ambige) gratiam
Collectae in MARIÆ Nomine GRATIÆ.
Templo Supplice Summi
Orat Virgineus liber.

A quest' Ode tiene dietro il seguente
Epigramma dello stesso Autore:

Serenissimis
V.net. Reipublic. Heroibus

Bellum Turcicum vigesimo et secundo iam anno
diuturnam invicte gerentibus
Auspice Dei Parente Virgine
e Regio Salutis Templo exorata
Epigramma

Turcarum palmas Venetis cessisse triumphis
Vix Tracum Dominus post sua damna putat.
Delecta eois populorum examina regnis
Obstupet Adriacas sustinuisse neces.
Nec Scythicas acies, nec pictos noctibus Afros
Aspicit assiduis cladibus esse pares.
Deletasque mari classes, et montibus Arces
Ingemit at nullo; praelia fine ciet.
Bella licet numeret bellis, inglorius iras
In Venetos Reges expedisse videt.
Haec vestra est Virtus hominum molimine maior
Nam vos terribili Numine Virgo regit.

Nam vos terribili Numine Virgo regit:
Vos scio Victores, quia Diva simillima Castris
Infesto Lunae Cornua calce terit (1).

(1) Terribilis es ut castrorum acies ordinata.
Luna sub pedibus eius.

Orationes Josephi Ricci Brixiani
Clerici Reg. Cong. Somaschae.

R. P. D. PAVLI FAA EIVSDEM CONG. SOD.

AD AVTHOREM

De eius facundia Principum laudes complexa.

EPIGRAMMA.

Aurigeros Regum currus, orbiſque triumphos
Enouat eloquij pompa, Ioſephe, tui.
Ingeniumque rotis ſublime extollis eiſdem:
Et quò bella Ducum, te ſimul axe vehis.
Nemo tuæ laudi, Ricci, ſe ſe offerat hoſtem:
Te Regum ſocio gloria iure tegit.

Atti Patriarcale Venezia
VII Id. augusti 1672:

Licet supremum fatum expectaret R.P.D. Paulus Faà, decenter tamen semi desuper amictus excipere voluit Ill.mum ac Rev.u Io. Franciscum Maurocenum Patriarcham, quem honoris ac singularis studii argum nto, lectulo decumbentem convenit, et quem paene hora allocutus discessit tanti viti postremo mor bo in suorum coetu examinatorum cooptati, gravissime dolora perculsus, cum intellexisset iam illius corpus esse conclamatum.

4 Id. augusti 1672:

Par fuit vivendi ratione felicissimus vitae finis, quem Sacramentis omnibus Ecclesiae communitus supremum absolvit R. D. Paulus Faà omnium lacrimis, ac dolore litteratorum senatus singulari. Idem tumulus, qui corpus contexit, et maximam huius obruit scientiarum omnium felicitatem, hic futuru huiusce domus non vulgare decus, in istius ecclesia fuisse virtutis templum collocatum. Ne mireris, lector, si dum cor pus exanime tumulo rite imposuerunt, ut sacerdotem decet,

Parentali funere desiderata est tanti viri emerita commendatio, vel epicedium; in ipso enimvero vis omnis mene eloquentiae, et poetices defuit.

Fonti:
Atti Seminario Patriarcale Venezia
Cartella personale